



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 1. De Maioribus insulis in Mari Ionio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

§. I. De Insulis Ionij Maris.

NUMERVS I. De maioribus Insulis in Mari Ionio.

CORCYRA <i>Ville de Corfou.</i>	VR-	CORCYRA: <i>Corfou</i> , in Chersoneso condita à Chersocrate ex genere Bacchiadarum, eiectis ex cā Colchis, qui cum Medeā & Iasone cō venerant.
	BES	Ptuchia: hodie <i>Paiopoli</i> , pro <i>Paleopoli</i> , vnde vinum apud Athenæum <i>Psychium</i> , pro <i>Ptychium</i> appellatur.
		CASSIOPE: <i>S. Marie de Cassiopo</i> ; ubi Iouis eximium templum, ei opposita vrbs erat Buthrotum Epiri.
	FLV- VIIVS	Argeus: hodie <i>S. Barbara</i> ; ex huius Fluuij filiâ Hercules suscepit Hyllum in fabulis celeberrimum.
	PRO- MON-	Lecymna: <i>Capo Lascano</i> hodie, cui ager circumpositus retinet vetus nomen, <i>Lecymne</i> .
	TORIA	Phalacrium: <i>Porto Sidari</i> .
CEPHALENIA <i>Cephalonea.</i>	VR-	CEPHALENIA: <i>Cephalonea</i> , cuius incolas olim Taphios & Teleboas dictos esse suspicor; nisi malueritis incolas omnium harum Insularum sic dictos esse.
	BES	SAME, & Samos, seu Samæa Thucydidi, qui Insulam separatam facere videtur, & incolas eius Samæos vocat: hodie <i>Porto Guiscardo Nigro</i> .
		Pala: <i>Palachi</i> , cuius mentio apud Thucydidem.
	PRO- MON-	BOREALE: <i>la pointe de Guiscardo</i> , malè <i>Vifardo</i> do.
	TORIA	AVSTRALE: <i>la pointe de S. François</i> .
MONS	ÆNVS, seu ÆNES, vt ait interpres Apollonij, in quo Ænesij Louis templum: <i>Eno</i> .	
		Porrò Cephelenia vocata fuit olim Samos, Teleboa, Melæna, & Tapsus: nec defuere qui eam cum Dulichio confunderent, vt Stephanus, qui Strabonem videtur secutus; certè in hâc Insulâ locus dicitur etiamnum Dulichiorum. Dicta autem fuit Cephalonia à Cephalo comite Amphitryonis qui has Insulas inuasit, & occupauit.
Z A-	VR-	ZACYNTHVS: <i>Zante</i> , vrbs Insulæ cognominis, sic dicta à Dardani filio Zacinthro.

CYN-	BES	Psophis Zacynthi Acropolis, dicta à Psophi co-
THVS		mite Zacynthi: eius etiam ruine dispaueere.
Zante.		Arcadia cuius meminit Diodorus: videtur esse ciuitas maritima, huius mentio apud Stephanum in voce Arcas: periiit.
		MONS { Elatus cuius meminit vñus Plinius.

NVM 2. Minores Insulae Maris Ionij.

SASO, seu Sasso, & Safon, Safona.	ERICVSA, siue Paxus: hodie Pachsu. DVPLEX,	Piratarum statione nota, vt ait Plinius, quam Polybius collocat in ingressu sinus Ionij. A Lucano impropriè dicitur Calaber: melius vadis humilis canitur.
PAXVS DVPLEX,		Paxus altera, paulo minor Ericusa: hodie Antiles 2. Pachsu.
LEV CAS, seu LEV- GADIA, olim N E- RITIA,		LEV CAS: Saincte Maure; sic dicta à Leucadio Icaro Penelopes filio. Colonia fuit Corinthiorum, qui à continente Peninsulam illam abscederunt; sed postea ventis iterum iuncta, & saepius ab incolis rescissa. Hic quoque Leucas Petra candida, ex qua desperati amantes se precipitabant; unde & quotannis in sacris Apollinis mittebatur damnatus, cui volucres multæ alligabantur.
l' Isle de Ste Maure.		Neritum, seu Neritos: locus hodie Nerico, corruptè pro Nerito. Ex eâ olim translati sunt incolæ in urbem Leucadem, primo Corinthiorum aduentu.
ECHI- NADES les Isles de Co- zulari.		Aliter Echidne Senecæ, Ecbinæ Stephano, Strophades Apollodoro, ad Acheloï fluminis ostium, quarum remotissima distat ab eo 15. stadiis, proxima. Earum nonnullæ limo Acheloï continent iunctæ erant, vt vult Herodotus. Pausanias nullas omnino esse putat. Dictæ sunt vel ab Echione quodam, vel quod Echinis abundant, vel Echinorum instar rigant. Inter eas quidam inter veteres nominant Dulichium, Artemiam, Thoanta, Taphum, in quibus Epæi, Taphi, Teleboæ apud Homerum celeberrimi vixisse perhibentur.

iii iii